



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

II. De diaconibus qui immolauerunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

XX. De adulteris &amp; eorum pœnitentia, siue vir sit, an mulier.

XXI. De mulieribus quæ fornicatæ, partus suos necant.

XXII. De his qui volentes homicidium fecerunt.

XXIII. De his qui more gentium viuunt.

XXIV. De eo qui sororem sponsæ suæ vitauit, vel virginum corruptionibus conscius fuit.

## C A N O N E S.

## I.

**P**RESBYTEROS qui immolauerunt, & postea certamen iterum inierunt, si hoc ipsum ex fide, & non aliquo argumento sibi met præparantes, egerunt, vt iterum teneri viderentur, aut tormentis subiici putarentur, tamquam inuiti: si ex fide ergo luctati sunt, & non ex compacto, ad ostentationem, vt caperentur, ipsi fecerunt: hos placuit honorem quidem sedis propriæ retinere: offerre autem illis, & sermonem ad populum facere, aut aliquibus sacerdotalibus officiis fungi, non liceat.

## II.

Diaconos similiter qui immolauerunt, postea autem iterum reluctati sunt, illum quidem honorem habere oportet: cessare vero debent ab omni sacro ministerio, ita vt nec panem, nec calicem offerant, nec pronuntient: nisi forte aliqui Episcoporum conscius sint laboris eorum, & humilitatis, & mansuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, vel adimere. Penes ipsos ergo de his erit potestas.

## III.

Qui fugientes timore persecutionis comprehensi sunt, vel a familiaribus, seu a domesticis traditi, vel bona propria amiserunt, vel sustinuerunt